

552

Lib. IV. Cap. VII.

sciat, non solum quousque agri sui fines sint protrahendi, sed etiam, quod limites istos movere non liceat, nec ultra illos progredi: ita definitione res distinguitur ab aliis, ut constet non solum, quænam spectent ad essentiam rei, sed etiam, quod in rerum explicatione ultra ea, quæ essentialia sunt, progredi non liceat ad ea, quæ vel extra essentiam sunt, vel in explicatione rei nullum usum habent. Patet ergo quod hæc vox $\rho\omicron\text{g}$ non sit propria Logicæ, sed aliunde ad eam sit traducta.

4. In definitione dicitur 1. quod fit $\lambda\omicron\gamma\text{g}$ quæ vox sicut in definitione Syllogismi; ita etiam h. l. non sumitur pro ratione, sed pro oratione, id quod clarum est ex ipsò Aristotele l. 6 Top. c. 1. §. 6. ubi inquit: $\delta\epsilon\iota\ \tau\epsilon\ \gamma\delta\ \sigma\epsilon\mu\lambda\omicron\mu\omicron\text{p}\rho\omicron\text{v}\ \acute{\omega}\varsigma\ \acute{\epsilon}\nu\delta\acute{\epsilon}\chi\epsilon\tau\alpha\iota\ \sigma\alpha\phi\epsilon\sigma\acute{\iota}\alpha\tau\eta\ \tau\eta\ \acute{\epsilon}\rho\mu\omega\epsilon\iota\alpha\ \kappa\epsilon\chi\epsilon\eta\omicron\tau\omicron\varsigma$, $\acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}\delta\eta\ \tau\acute{\omega}\ \gamma\omega\omega\epsilon\iota\sigma\alpha\iota\ \chi\acute{\alpha}\rho\iota\mu\ \acute{\alpha}\nu\tau\omicron\delta\iota\delta\omicron\tau\alpha\iota\ \acute{\omicron}\ \sigma\epsilon\mu\lambda\omicron\mu\omicron\varsigma$, i. e. oportet etiam eum, qui definit, quoad eius fieri potest, clarissima interpretatione uti, quia cognoscendi causa definitio traditur. Ex quibus satis perspicuum, quod $\lambda\omicron\gamma\text{g}$ hic non sit ratio, vel internus mentis conceptus, de hoc enim dici vix potest, quod cognoscendi causa, tradatur: relinquitur ergo, quod definitio sit oratio.

5. Dicitur 2. $\acute{\omicron}\ \tau\acute{\omega}\ \acute{\epsilon}\iota\tau\alpha\iota\ \sigma\eta\mu\alpha\acute{\iota}\nu\omega\text{v}$: Ubi vocabulum $\acute{\omega}\text{v}$, positum esse pro $\delta\epsilon\iota$, monet Alexand. Aphrod. & quidem, ut idem ait, non insolenti apud Græcos usurpatione.

6. Cur